

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dolor g
cum uariis

Turpissimum est in homine prudenti remedium meroris lassitudo merendi; malo relinquo dolorem quam ab illo relinquo. Annum feminis constituere maiores ad lugendum, non ut tamdiu lugerent sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est quia nullum honestum. Quam michi ex illis mulierculis dabis, uix retractatis a rogo, uix a cadauere reuulsis, cui lacrimae in totum mensem durauerint? Nulla res citius in odium uenit quam dolor qui recens consolatorem inuenit et aliquos ad se adducit, inueteratus uero deridetur nec immerito. Aut enim simulatus aut stultus est.

Seneca LXIII. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

prudenti] prudente P V¹ V² L¹ L²; feminis] seminis V² L¹; maiores *om.* C; sed] et P V¹ V² L¹ L², *om.* M; sed ne] sine C; mulierculis] mulieribus P V¹ V² L¹ L²; retractatis] retractis L¹ L²; uero] ratio M; immerito] in merito P V¹; Seneca *om.* P; Seneca LXIII. epistola] ibidem L²